№ 10. **Dodatek do Tygodnika katolickiego.** do № 22.

ARCHIDIECEZYA
GNIEŹNIEŃSKA I PAZNAŃSKA.

Przesyłam JX. Proboszczowi Prusinowskiemu w załączeniu odpis wniosku mojego, tyczącego się ustaw względem odbywania na przyszłość konkursów na beneficia parafialne, wraz z odpisem odpowiedzi i decyzyi Ojca św. celem umieszczenia takowych w najbliższym Nrze Tygodnika katolickiego. —

Poznań, dnia 2. Maja 1862.

Arcybiskup Gnieźnieński i Poznański

Z polecenia: *X. Polczyński.*

Do

JX. Proboszcza Prusinowskiego

w

Grodzisku.

Nr. 944. D. P.

Copia.

Beatissime Pater!

Sanctitati Vestrae jam humillime eo ipso tempore quo retuli vindicatum esse a me huic Sedi Archiepiscopali jus collationis liberum eorum beneficiorum parochialium, ad quae olim praesentabant corporationes Ecclesiasticae, injuria temporum oppressae, simul significavi legem concursus a S. Synodo Tridentina editam, a me ad normam Bullae S. Pii V., quae incipit: „In conferendis", tum litterarum encyclicarum Clementis IX. ac praecipue Benedicti XIV. Constitutionis incipientis: „Cum illud" executioni esse mandatam atque in utraque Archidioecesi religiose observari. Fructus Instituti saluberrimos vero quamquam inde percepi, tamen eosdem, si exemplum aliorum Episcoporum sequi liceret, etiam in meis Archidioecesibus longe uberiores expectari certissime posse dudum cognovi. Attendens vero gravissima Bullae S. Pii V. praecepta, hujus tenoris: „Auctoritate Apostolica tenore praesentium omnes et singulas collationes, provisiones, institutiones et quasvis dispositiones parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopis et Archiepiscopis, ac quisbusvis aliis collatoribus tam ordinariis quam delegatis etiam S. R. E. Cardinalibus ac Sedis Apostolicae Legatis vel Nunciis, *praeter et contra formam ab eodem Concil. Trident. praesertim in examine per concursum faciendo praescriptum factos, aut in futurum faciendos, nullas* irritas ac nullius roboris fore et esse statuimus, decernimus et declaramus nihil omnino propria auctoritate immutare ausus sum. Quum vero solummodo agatur de lege S. S. Concilii Tridentini ita observanda, ut major tum curae animarum, tum Sacerdotibus accrescat utilitas, quumque idem usus quem desidero, diu in Dioecesi Monasteriensi vigeat, in Paderbornensi cum approbatione S. Sedis Apostolicae nuper receptus fuerit, filiali cum fiducia sperare licet fore, ut Sanctitatis Vestrae indulgentia consimilis gratia mihi ac meis Archidioecesibus clementissime concedatur.

Movet me ad humillimam precem submittendam, quod ad subeundum examen concurrunt justo pauciores velut duo tantum, saepius etiam unus sese offert, quandoquidem nemo, ita ut finem, quem ardentissime velim, studiosum sacrorum colendorum certamen salubre minime assequi possim, tumque ut saepius parochiarum administratio cum detrimento beneficii simul atque officii Vicariis minus idoneis per diuturnum tempus commendari debeat. Quibus de causis imprimisque ad uberiores ex lege sapientissime a SS. Concilio Tridentino perlata et a S. Sede Aplica itidem inculcata ac promulgata fructus percipiendos, nec non ad consulendum indigentiis parochiarum Archidioecesis utriusque unitae, experientia comprobatis, humillime supplicare audeo ut Sanctitas Vestra indulgere atque clementissime concedere dignetur mihi licentiam habendi quotannis examen Sacerdotum, approbandorum *quoad Scientiam* qui parochorum munere fungi voluerint et quidem hisce sub conditionibus, ut examen praefatum instituatur ac peragatur ab Examinatoribus Prosynodalibus praesidente me ipso aut Vicario meo in Spiritualibus Generali sive Gnesnensi sive Posnaniensi, tum ut praefati Examinatores servent canonicas ea super re sanctiones atque imprimis Constitutionem gl. m. Benedicti PP. XIV. quae incipit a verbis „Cum illud;" deinde ut admittantur tantum examinandi, qui tum ceteris canonicis praescriptis satisfaciunt, tum statuto Archidioecesano antiquo, ut in cura animarum subsidiaria saltem per tres annos utilem operam navaverint; porro ut examen habeatur ex Theologia Dogmatica et Morali, ex Jure Canonico, historia ecclesiastica, Exegesi V. et N. J. tandem ex Theologia pastorali inclusa catechetica et homiletica, utque scripto ac deinde ore respondeatur ab Examinandis lingua ecclesiastica c. e. latina, ex Theologia vero pastorali lingua patria; neque minus ud ad examen scripto peragendum praeter S. scripturam et ss. Tridentinum Concilium alii nulli concedantur libri praeterea ut ab ejusmodi quoad scientiam examine soli actuales; Examinatores Prosynodales, ss. Theologiae Professores aliique propter dignitatem aut munera cum insigni commodo Ecclesiae administrata a me immunes declarari possint; aeque ac deinde, ut hujusmodi examini sese subjiciant quicunque beneficia curata sibi conferri voluerint aut liberae Archiepiscopi collationis aut Patronatus Ecclesiastici, aut Jurispatronatus laicalis quidem, si jure devoluto conferendo ob non secutam tempore canonice praescripto praesentationem, aut beneficium sub nomine Vicariatus perpetui (ubi, sicut obvenit in Archidioecesibus meis, in Vicarium perpetuum translata est, tota cura animarum sine ulla exceptione;) porro, ut Sacerdotes ita approbati, ad beneficium aspirantes conferendum, sexennio praeterlapso iterum examen subeant; denique, ut, quum ex praefatis aliquod beneficium quacumque de causa vere vacaverit, habeatur inter Sacerdotes, quoad scientiam approbatos, concursus adhibitis omnibus documentis, vitam et merita concernentibus, e quibus Examinatores Prosynodales magis idoneum atque dignum cognoscant, suam sententiam submittentes Archiepiscopo, cujus erit eligere eum, quem inter approbatos et ita commendatos omnium maxime aptum ac dignum censuerit in Domino.

Quam saluberrimam gratiam ubi adeptus fuero, non desinam gratissimum ostendere animum, atque Deum T. O. M. ardentius etiam orare, ut Sanctitatem Vestram diutissime incolumem servare, gloriosissimumque atque ab omnibus adversitatibus omnino liberum Ecclesiae Suae Sanctae regimen praestare dignetur.

Interim ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus mihi ac gregi utrique dilectissimo rogo benedictionem Apostolicam

Sanctitatis Vestrae

Beatissime Pater

Addictissimus et humillimus Filius

† **Leo**

Archiepiscopus Gnesnensis et Posnaniensis.

Posnaniae die 14/3 62.

Copia.

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Ex Rescripto Nostrae Congregationis negotiis ecclesiasticis extraordinariis praepositae huc inserto intelliges, Venerabilis Frater, quomodo Tuis votis obsecundavimus circa istarum Tuarum Dioecesium paroeciarum concursum, quemadmodum obsequentissimis Tuis litteris die 14. proximi mensis Martii scriptis, ac nuper ad Nos perlatis significasti. Hanc autem occasionem libentissime amplectimur, ut iterum testemur, et confirmemus praecipuam, qua Te prosequimur, benevolentiam. Cujus quoque pignus esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam effuso cordis affectu Tibi ipsi, Venerabilis Frater, cunctisque Clericis Laicisque fidelibus Tuae curae commissis peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 14. Aprilis Anno 1862.

Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Pius PP. IX.

Copia.

Ex Audientia SSimi

Die 9. Aprilis 1862.

SSmus Dominus Noster Pius divina providentia Papa IX. referente me infrascripto S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae Secretario, attentis circumstantiis animum suum moventibus R. P. D. Leoni Archiepiscopo Gnesnensi et Posnaniensi Ori ad decennium hinc proximum tantum benigne concessit, ut in sua Archidioecesi bis in anno habere possit concursus pro approbandis quoad scientiam sacerdotibus, qui Parochorum munere fungi velint. Id tamen ex lege concessum voluit, ut hujus modi concursus habeantur per Synodales Examinatores ad Sacrorum Canonum normam electos, veluti monet Benedictus XIV. de Synodo Dioecesana Lib. IV. Cap. VII. et quoties hi desint per Examinatores Pro-Synodales Apostolica auctoritate peculialiter delectos, diligenter servatis Canonicis sanctionibus, ac praesertim Apostolicis ejusdem Benedicti XIV. Litteris quae incipiunt Cum illut Ut autem Sacerdotes admittantur ad hujusmodi concursus iis dotibus pollere debent, quas SS. Canones et Lex Dioecesana postulant, ac tum voce tum scripto respondere debebunt quaestionibus, quae ab Examinatoribus fuerint propositae, quaeque inter cetera de *positiva*, uti dicunt, Dogmatica et Morali Theologia, itemque de positivo jure Canonico erunt ferendae. Quovis exeunte sexennio, qui approbati fuerint denuo concursui se sistant oportet, a quo onere ii duntaxat Ecclesiastici eximentur viri, qui in praesentia inter Synodales, vel Pro-Synodales Examinatores sint adsciti, quique propter muneris aut beneficii, quo fruuntur, dignitatem, vel propter diuturnam operam qua Ecclesiae cum laude servierunt, de eorum scientia probationem satis superque exhibeant, quique icirco ab Archiepiscopo, audita Examinatorum sententia ab hac concursus lege immunes fuerint declarati. Hinc SSmus Dnus No-

ster vult, ut cum quaevis Paroecia suo fuerit orbata Rectore, prae oculis habita praedicta approbatione quoad scientiam, habeatur per commemoratos Synodales, aut Pro-Synodales Examinatores de collatione concursus, in quo ipsi eam adhibentes cautionem, quae in usu est, judicent qui ex petitoribus digni sint, quibus Parochia sit conferenda, servato tamen semper Archiepiscopo jure eligendi inter sic approbatos, quem ipse digniorem in Domino censuerit. Contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Datum Romae e Secretaria ejusdem S. Congregationis die, mense et anno praedictis.

(*L. S.*)

Alexander
Archiepiscopus Thessalonicensis Secrius.

DIECEZYA CHEŁMINSKA.

JOANNES NEPOMUCENUS

Miserat. Divina et S. Sed. Apostol. Gratia

Episcopus Culmensis, ss. Theolog. Doctor etc. etc.

Decretum restitutionis Parochiae Polon. Lonkiensis.

Universis et singulis has literas lecturis, salutem in Domino! Ad rei memoriam sempiternam significamus tenore praesentium quibus expedit universis quod quum inter cetera sollicitudinis Nostrae et oneris pastoralis officia id nobis praprimis incumbat, ut gregem Domini excubiis Nostris creditum per pascua coelestis alimoniae ad beatae vitae januam perducamus, cum summo animi dolore multifaria illa animarum pericula animadvertere debuimus, quae ex dispersione et dilaceratione Parochiae Polon. Lonkiensis, prius existensis, nunc vero temporis injuria fere exstinctae emanaverunt. His igitur malis salubriter occurrere caltusque divini augmentum promovere nec non populi saluti providere gestientes, habito prius maturo et probabili examine nec non acriter perpensis causis et circumstantiis tali in casu perpendendis invocato Dei nomine pristinam parochiam Polono-Lokiensim inde ab immemorabili tempore sub patronatu olim conventus monialium Ord. s. Benedicti Culmae existentium constitutam erectam et ideo ad tempus exstinctam quia prae temporis calamitate Ecclesia parochialis sub titulo s. Bartholomaei Apost. diruta reaedificari non potuit, repristinandam et restituendam duximus sicuti hoc ipso solenni actu auctoritate Ordinaria Nobis competente praefatum Parochiam denuo erigimus, in integrum restituimus decernentes et ordinantes ut Ecclesia parochialis mox aedificanda consuetis et a S. canonibus constitutis juribus et privilegiis utatur et ut ad ipsam jure parochiali pertineant et incorporentur loca Pol. Lonk. Branica, Gawroniec (Więckowko), Goluszyca, Korritowo, Stanislawie et Stąskie. Parocho vero proprio cui in posterum incumbet cura animarum praefatae Ecclesiae parochialis committimus et assignamus praeter dotales mansos decimas consuetas, strenas et jura stolae usu introducta. Et ita auctoritate qua supra ordinavimus, statuimus et contrariis quibuscunque non obstantibus et sublatis volumus ut hoc praesens Nostrum decretum ab iis ad quos pertinet inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observetur. In quorum fidem praesentes manu Nostra subsignavimus et sigillo Nostro Episcopali majori jussimus communiri.

Datum Pelplini in aedibus Nostris Episcopalibus die 19. m. Aprilis 1862.

(L. S.) **Joannes.**

ARHIDIECEZYA LWOWSKA.

Ad

Venerabilem Clerum secularem et regularem

ARCHIDIOECESIS LEOPOLITANAE.

Venerabiles Fratres!

Pastoralis officii ratio postulat, ut gravioris momenti ordinationes Episcoporum, ad notitiam Sanctae Sedis Apostolicae perducantur, ut infallibili Summi Pontificis sententia aut confirmentur, aut reformentur. Ibi enim necesse est quaerere veritatem, ubi fides nunquam deficit: inde petere lumen, unde et ipsam fidem accepimus: ad Eum in omni difficiliori negotio recurrere, qui in soliditate apostolicae petrae fundatus, jussus est in persona Beati Petri confirmare fratres suos. Quapropter et ego ordinationem meam de die 18. Novembris 1861 N. 83 Ord., communicatis consiliis cum Illustrissimis ac Reverendissimis Dominis Suffraganeis meis editam, qua demonstrationes politicas in Ecclesiis prohibui, et quosdam abusus circa devotiones reprobavi, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae IX in omni humilitate anteponendam esse existimavi. Cum Sua Sanctitas benigne censuerit ad litteras meas respondere, exemplum literarum harum apostolicarum Vobiscum Venerabiles Fratres! libenter communico, ut inde in persuasione Vestra firmemini, praefatam ordinationem meam Sacris canonibus et spiritui Ecclesiae conformem esse, cum judicio Sanctae Sedis Apostolicae approbata sit et commendata. Eo instantius ergo vigilate, ut in omnibus punctis stricte observetur, cum catholicus esse desiit, qui vocem supremi Pastoris spernit. En! tenorem litterarum apostolicarum.

Venerabili Fratri Francisco Xaverio Archiepiscopo Leopoliensi lat. rit.

Pius PP. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Libentissime Tuas nuper accepimus litteras intimo erga Nos, et hanc Apostolicam Sedem fidei, pietatis et observantiae sensu conscriptas, ac die 21 proximi mensis Januarii datas. Iisdem autem significas, Venerabilis Frater, post recentes notissimosque in variis Poloniae Regni regionibus motus, in ista quoque Tua Dioecesi plures varii generis in eodem sensu significationes locum habuisse. Namque inter alia, uti narras, ab aliquibus utriusque Cleri presbyteris etiam io Ecclesiis politicae habitae conciones, et ibi carmina et hymni argumenti item politici a laicis praesertim viris cantati fuerunt. Itaque etiamsi opportuna jam alias dedisses monita, tamen, collatis cum Tuis Surffraganeis Episcopis consiliis die 18 mensis Novembris superiori anno ordinationem ad istum Tuum Clerum pro pastoralis Tui muneris officio dandam exsistimasti, cujus exemplar Nobis misisti. Qua ordinatione eundem Clerum iterum serio monuisti,ut a commemoratis rebus, et politicis negotiis se omnino abstineat, eumque vehementer es hortatus, ut proprii ministerii partes sedulo explens, animarum saluti servire studeat. Non possumss non vehementer probare, et commendare susceptum a Te consilium, quandoquidem, Venerabilis Frater, hac Tua agendi ratione, et Domus Dei sanctitatem, decorem, dignitatemque tueri, atque in Tui Cleri memoriam propria officia revocare omni studio curasti. Domos enim Dei, quas domos orationis ipse Christus Servator Noster.nuncupavit, summa religione esse habendas, et excolendas ab ipso Deo admonemur qui *desolationem* minitatur in eos qui *ponunt offendicula in Domo, in qua invocatur nomen Ejus, ut polluant eam.* (Jerem. cap. 7. v. 30.) Sarcrae siquidem aedes ad divina officia sancte celebranda, et religionis actus pie exercendos sunt destinatae. Quocirca Decessor Noster Beatus Gregorius X de sacris templis loquens inter alia haec provide sapienterque docet et praecipit: „Attendantur in locis eisdem intentis praecordiis sacra solemnia; devotis orationibus insistatur. Nullus in locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, seditionem excitet, conclamation moveatem, impetumve committat. Cessent in locis illis . . .Societatum quarumlibet concilia, conciones. Cessent vana, et multo fortius foeda et profana coloquia. Cessent confabulationes quaelibet. Sint postremo quaecumque alia, quae divinum possunt turbare officium, aut oculos divinae Majestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea, ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi.„ (B. Greg. X in Concil. generali Lugdunen. relatus i cap. *decet* de immunit. Ecclesiar. in 6.) Quae sane omnia peculiari sua Constitutione confirmavit, innovavit et ampliavit S Pius V. Praedecessor item Noster, gravioribus adversus transgressores poenis constitutis. (S. Pius V· Constit. *Cum primum* edita 1. Aprilis 1566). Quocirca Venerabilis rabilis Frater, merito atque optimo jure episcopalem Tuam sustulisti vocem ad honorem Domus Dei vindicandum, atque ad ea amovenda, quae a loci sanctitate omnino sunt aliena, quandoquidem fideles in Domo Dei summa cum pietate ac religione versari debent, et grande est nefas, in ea se minus reverenter gerere. Atque etiam merito Tuum Clerum sapientissimis praesertim Concilii Tridentini verbis monuisti, quomodo debeat christianum pupulum salutari doctrina imbuere, eumque ad vitia fugienda, atque ad virtutes amplectendas, exercendasque excitare, et quomodo a popolaribus concionibus secludantur oporteat, quae ad aedificationem non faciunt et a quibus plerumque nulla sit pietatis accessio. Et quidem ecclesiastici viri nihil antiquius habere debent, quam ut propriae vocationis semper memores virtutum omnium exempla christiano populo praebeant, orationi instent, proprii ministerii munia sancte obeant, sacras potissimum disciplinas assidue excolant, ac tum a politicis turbis, tum ab alliis omnibus, quae in sortem Domini vocatos nequaquam decent, omnino abhorreant, utque veram ac germanam catholicae Ecclesiae docentes doctrinam in sempiternam hominum

procurandam salutem strenue incumbat. Jam vero quod attinet ad responsum a Te, Venerabilis Frater, illis datum, qui Te adierunt, ut commemoratam Tuam ordiationem juxta eorum desideria revocares, responsum idem illam episcopalem prudentiam ac firmitatem ostendit, quae catholicum Antistitem summopere decet. Atque responsum idem eo magis congruum et opportunum, quod istic diversa plane sint rerum ac temporum adjuncta, in quibus alibi sanctissima nostra versatur religio. Perge, Venerabills Frater, majore usque alacritate omnes pastoralis Tui muneris partes implere, et catholicae Ecclesiae doctrinam tueri, defendere, et inculcare, Tuumque Clerum assidue hortari, ut digne ambulet vocatione, qua vocatus est. Nec desinas pro eximia Tua pietate, et episcopali zelo fideles Tibi commissos indesinenter monere et excitare, ut in catholica religione magis in dies firmi et stabiles permaneant, ac singula quaeque Dei, ejusque sanctae Ecclesiae mandata religiose servanda curent, et mutuam inter se caritatem continuam habeant, ac per bona opera certam eorum vocationem, et electionem facere studeant. Denique Tibi persuadeas velimus, praecipuam esse Nostram in Te caritatem, ac Nos a Deo Optimo Maximo humiliter enixeque exposcere, ut Te replere, confortare et consolari velit uberrimis divinae suae gratiae donis, quae in dilectas quoque oves Tuae curae commissas copiose descendant. Atque horum auspicem et propensissimae Nostrae in Te voluntatis pignus Apostolicam Benedictionem intimo cordis affectu Tibi ipsi, Venerabilis Frater, cunctisque Clericis Laicisque fidelibus Tuae curae commissis peramanter impertimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum die 17 Martii anno 1862 Pontificatus nostri anno Decimosexto

Pius PP. IX.

Leopoli die 5 Aprilis 1862.

Franciscus Xawerius

ARCHIEPISCOPUS mp.

DIECEZYA PRZEMYSKA.

CURRENDÆ.

Ex anno 1861.

Nro. 2463.

JXX. Plebani nie są umocowani upoważniać kogokolwiek do zbierania składek.

Wysokie c. k. Namiestnictwo Lwowskie pod dniem 30. Listopada 1861 do l. 78118 rozporządziło co następuje:

„W skutek w najnowszym czasie zaszłych przypadków, iż przez plebanów nieszczęśliwym wskutek pożaru ognia, listy otwarte, tak nazwane ceduły ogniowe w celu zbierania miłosiernych datków wystawione bywały, uprasza się Prześwietny Konsystorz, ażeby przekroczeniom tym koniec położył i podwładnemu duchowieństwu oznajmił, iż mu do wystawiania takich listów prawo nie służy, i że zezwolenie do zbierania miłosiernych datków tylko przez władze polityczne do tego powołane udzielone być może.“

Co niniejszém WWXX. plebanom do wiadomości i zastósowania się służyć ma.

Przemyśl, dnia 31. Grudnia 1861.

Nr. 2481.

O missyach afrykańskich.

Na mocy uchwały Wysokiego Ministerstwa stanu, z dnia 25. Listopada 1861. L. 11539 c. u. wydanéj, na prośbę komitetu do wspierania missyi katolickiéj w środkowéj Afryce, Wysokie c. k. Namiestnictwo oznajmia pod dniem 8. Grudnia 1861. L. 80125, że powiodło się rzeczonemu komitetowi do prowadzenia missyi zakon Frańciszkański pozyskać, przez co missya według woli Ojca św. przybierze nazwę zakonu Serafickiego. Poruczenie missyi zakonowi temu nie zmieni wcale stanowiska komitetu i rokuje nadzieje błogich owoców. W połowie Marca b. r. jak donosi komitet Wysokiemu Ministerstwu, missya pod przewodnictwem O. Reinthalera z 37 osób złożona stanie nad Białą rzeką, i pomijając dla ważnych przyczyn dotychczasowe stanowisko w Chartum, zajmie się nawracaniem wolnych plemion murzyńskich Kiks i Tuits. Podając WW. Duchowieństwu relacyą o zmianie przewodnictwa missyi, i o nowéj ekspedycyi, któréj przewóz z Tryestu do Alexandryi na parowcach Llojda, mimo zniżonéj ceny jeszcze 2000 Złr. a. w. do całkowitego pokrycia kosztów wymaga, wyrażamy oraz nadzieję, że jak dawniéj tak i obecnie zbawiennego dzieła tego wspierać nieomieszka.

Przemyśl, dnia 2. Stycznia 1862.

Ex anno 1862.

Nr. 2561.

Nowy podział administracyi politycznéj w Galicyi.

Venerabili Clero Dioecesano, Salutem in Domino!

Edictum Excelsi c. r. Praesidii Locumtenenitalis ddto 26. Decembris 1861. N. 1131/pr. quo publicatur adplacidata Altissima Suae c. r. Apostolicae Majestatis resolutione ddto 19. Novembris 1861. dispartitio politicae Administrationis Regnorum Galiciae et Lodomeriae cum Magno Ducatu Cracoviensi et Ducatibus Auschwitz et Zator, uti et activitatis ambitus neo introductarum c. r. Instantiarum.

Venerabili Clero Dioecesano communicatur eum in finem, ut in casibus obvenientibus sciat, ad quam c. r. Instantiam recurrendum sit.

Premisliae, die 7. Januarii 1862.

W skutek nabranych doświadczeń na drodze urządzenia politycznéj administracyi w królestwie Galicyjskiém i Lodomerskiém, jako też w Wielkiém Księstwie Krakowskiém, w Księstwach Auszwickiém i Zatorskiém widziała się Jego Cesarsko Królewska Apostolska Mość w najwyższym reskrypcie z dnia 19. Listopada r. b. najłaskawiéj być zpowodowaną, wysokim reskryptem z d. 22. Kwietnia 1860 r. na wniosek rady ministeryalnéj rozrządzoną rozległość władzy wykonawczéj namiestnictwa Lwowskiego nad całym krajem, znowu znieść a na przyszłość rozrządzić, ażeby najwyższe polityczne i administracyjne kierownictwo całego kraju, pod zarządem jednego we Lwowie rezydującego Jeneralnego *Gubernatora* połączone zostało i ażeby temuż w celu ułatwienia i przyspieszenia służby administracyjnéj w interesie ludności dwie, jedna od drugiéj niezawisłe polityczne władze krajowe, we Lwowie i Krakowie poddane były.

Gubernator jeneralny będzie polityczną i administracyjną jedność królestwa w swojéj osobie reprezentować, znoszenie się konstytucyjne z sejmem krajowym pośredniczyć, ustawy i ogólnie zobowięzujące normy ogłaszać, o dotyczących prawowzorach, jako znawca dawać zdanie, nad całą administracyą krajową, a mianowicie działaniem urzędowém obydwóch politycznych władz krajowych czuwać, a na koniec będzie upoważniony, każdą, w kres działania jednéj, albo też obydwóch władz politycznych wchodzącą sprawę ze względów wyższych własnemu rozstrzygnięciu zastrzedz. Bliższe dotyczące postanowienia będą w sobie osobą instrukcyą zawierać.

Działania urzędowe nowo utworzyć się mającéj władzy politycznéj w Krakowie, rozciągać się będzie na tę całą zachodnią część kraju, która do końca Sierpnia 1860. roku obwód administracyjny Krakowski tworzyła, z wyjątkiem, po zniesieniu powiatu Jasłowskiego do powiatu Sanockiego przyłączonych obwodów, albo też innemi słowy, zawierać będzie dawniejsze powiaty, Krakowski, Rzeszowski, Tarnowski i Sandecki, przeciwnie zaś działanie urzędowe Namiestnictwa Lwowskiego na wschodniéj części kraju ograniczać się będzie.

Ażeby przejście do tegoż nowego urządzenia w sposób właściwy przedsięwziąść i przygotowania do tego potrzebne, mianowicie utworzenie władz pomocniczych dla służby budowniczéj i rachunkowo kontrolniczéj w Krakowie bez przewłoki wykonać można, utworzoną będzie tymczasowa kommissya namiestnictwa w Krakowie z kresem działania z anexu dołączonego się okazującym, która następnie w działanie wstąpi.

Dla załatwienia niedogodności, które się dla mieszkańców z zanadto wielkiéj rozległości teraźniejszego powiatu Krakowskiego i namnożenia interessów przy tmecznéj władzy powiatowéj okazują, widziała się Jego C. K. A. Mość najłaskawiéj być spowodowaną tymczasowe otworzenie władzy powiatowéj w Wadowicach z jéj dawniéj istniejącym kresem działania i stanem osobistym, a ograniczenie działania urzędowego władzy powiatowéj krakowskiéj na obwód powiatu Krakowskiego po odłączeniu dawniejszego powiatu Wadowickiego pozostający, rozrządzić.

W celu przeprowadzenia zmian tych w organizacyi administracyjnéj, raczyła nareszcie J. C. K. A. Mość najwyższym reskryptem z dnia 13. Grudnia r. b. radzcę namiestnictwa we Lwowie, kawalera orderów, Augustyna Merkel, na Radzcę nadwornego i tymczasowego kierownika Kommissyi Namiestnictwa w Krakowie utworzyć się mającéj, najłaskawiéj zamianować.

Prezidium Namiestnictwa ma więc honor, Prześwietny Konsystorz o tém z tém nadmienieniem zawiadomić, że czas, w którym działanie Kommissyi Namiestnictwa w Wadwicach się rozpocznie, później oznajmionym zostanie.

Lwów, dnia 21. Grudnia 1861.

Mensdorff, m. p.

Odgraniczenie władzy urzędowéj

utworzyć się mającego działania Kommissyi Namiestnictwa w Krakowie, dla powiatów, Krakowskiego, Rzeszowskiego i Sandeckiego a następnie na nowo utworzyć się mającego powiatu Wadowickiego.

Cesarsko Królewskiemu Namiestnictwu zastrzega się:

1. Przedsięwzięcie ogłaszania ustaw i wydanie ogólnie ważność mających norm i rozrządzeń.
2. Sprawy obywatelskie.
3. Sprawy fundacyjne.
4. Potwierdzenie układów dzierzawnych i najmu, o ile skarb rządowy, fundusz kraiowy albo fundusze publiczne i fundacye przy takowych udział mają.
5. Kontrola dochodów kassowych.
6. Propozycye względem rozdawnictwa urzędów urzędnikom i sługom, postanowienie posady dla tychże, przesadzenia; postępowania dyscyplinarnego nad urzędnikami i sługami, udzielanie emerytury, składek wychowania, prowizyi i expedycyi.
7. Zezwolenie na składki dla całego kraju na przyznanie nagród za uratowanie życia, na nagrody za celujące sprawowanie się ze wzgardą na niebezpieczeństwo.
8. Drogi rządowe i krajowe, administracya funduszu budowlanego, dróg i wód.
9. Podział kontyngensu rekrutowego i postawienie kommissyi.
10. Kommissye gazetowe, zezwolenie na założenie stowarzyszeń i zatwierdzenie statutów stowarzyszeń.
11. Skrzętność funduszów zakładów karnych, dobroczynnych i poprawnych.
12. Administracye fundacyi i zakładów lekarskich. Interesa rady medycynalnéj i kommissyi lekarskiéj.
13. Administracya funduszów akademickich, naukowych i szkólnych, mianowicie professorów, nauczycieli gimnazyalnych i szkół realnych. Inspekcya gimnazyalna, sprawy fundacyi i stypendyów, uposażenie szkół z funduszów szkólnych.
14. Administracya funduszu religijnego, obsadzenie plebanii i uposażenie takowych; budowle i przysposobienia, przy których fundusz publiczny konkuruje, daléj, przeniesienie plebanii, uzupełnienie kongruy, dodatki osobiste i zapomóżki dla duchowieństwa. Przyznanie tytułu stołowego i ekwiwalentów jałmużny dla uczących się.
15. Interesa osobiste górników.
16. Fundusz dla wspomożenia poddanych.
17. Ogólne znoszenie się ze sejmem krajowym.

Komissyj Namiestnictwa w Krakowie z kresem działania Namiestnictwa są zlecone.

1. Staranie o wykonanie ustaw, czuwanie nad podwładnemi władzami urzędowemi zburczenie takowych, dochodzenie rachunków podróżowych.
2. Staranie o publiczny spokój i bezpieczeństwo. Zapobieżenie przeciwko gwałtownym turbacyom.
3. Strzeżenie granic krajowych, rozstrzygnięcie w sporach granicznych. — Publico-politica.
4. Uczynienie kroków w celu wstrzymania i złagodzenia ucisku, w celu wstrzymania nadwerężenia osobistego i własności mianowicie w przypadkach elementarnych i głodu powszechnego itd. Zezwolenie na składki w podwładnych powiatach.
5. Sprawy rólnictwa, leśnictwa, polowania i rybołówstwa, praw wodociągowych, sprawy stawów i młynów, policyi wodopędów.
6. Sprawy kommunikacyi z wyjątkiem dróg państwa i kraju.
7. Szafowanie ustawami procederowemi, sprawy izby handlowéj i procederowéj w Krakowie.

Konscrypcya, przynależność gminy, przeprowadzenie rekrutowania i szafowanie prawa uzupełnienia wojska (z wyjątkiem podziału rekrutowego i postanowienie kommissyi, sprawy podwodowe i kwaterunkowe.

9. Koncessye ślubne dla wojskowych, zwolnienie od przeszkód ślubnych, sprostowanie matrykuł, sprawy żydowskie.
10. Interessa prasy i gazet, ze względem na koncessyowane dzienniki i istniejące stowarzyszenia.
11. Dopilnowanie uświęcenia dni niedzielnych i świątecznych. Wstrzymanie przeszkód w obrządkach religijnych i nabożeństwie.
12. Sprawy paszportowe i wizowanie książek wędrowniczych dla obcych krajów. Zezwolenie dla zagranicznych do wstępu. Regulacia i czuwanie nad obrotem granicznym. Wydalenie podejrzanych. Czuwanie nad sprawami szupasowemi; rozrządzenie poszukiwań.
13. Pielęgnacya ubogich i czuwanie nad zakładami dobroczynnemi i nad zakładami karnemi i poprawnemi.
14. Policya lekarska, szafowanie przepisami i czuwanie nad uczynieniem kroków przy epidemiach, zarazach itd., następnie utrzymanie publicznego stanu zdrowia, czuwanie nad domami chorych, lazaretami, domami porodów i domami obłąkanych.
15. Szafowanie ustawami teatralnemi i udzielenie zezwolenia dla przedstawień muzycznych i innych produkcyi.
16. Sprawy policyi, porządku i ulic, ordynacya czeladzi, czeladników, robotników fabrycznych, uczni.
17. Policya ogniowa i budowlowa, ordynacya targu, żywiołów i taxy, cementacya wagi i massy.
18. Czuwanie nad zakładami szkólnemi, naukowemi i wykształcenia, czuwanie nad szafowaniem karności szkólnéj, inspekcye szkół realnych. Sprawy szkół ludowych i ustanawianie nauczycieli szkół ludowych.
19. Budowy kościelne, plebańskie i szkólne, należytości duchowieństwa, zabezpieczenie majątku kościelnego i plebańskiego; inwentaryzacya; zakupienie mobiliów do utworzenia szkoły, sprzętów, paliwa i innych potrzeb. (Jeżeli składka z publicznego funduszu nie wchodzi w wątpliwość).
20. Przedmioty administracyi majątku, gmin miejskich i wiejskich (włącznie Krakowa) ustanowienie z ustępstwa gminy lub téż przełożeństwa miejscowego.
21. Interesa w sprawach władz najwyższych.
22. Przekroczenia, szafowanie prawem broni.
23. Sprawy ze stósunku poddaństwa wynikające, złączenie i parcelowanie posiadłości chłopskich.
24. Expropryacye do budowli fortyfikacyjnych, kolei żelaznych i t. d.

Ex Consistorio Eppali rit. lat.
Praemisliae, die 22. Januarii 1862.

Adamus,
Eppus

Ex Consistorio Eppali rit. lat.
Premislae, die 22. Januarii 1862.
Adalbertus Harmata,
Cancellarius.

SKŁADKI.

Dla Bulgarów. — Ostatnia summa 1448 Tal. 14 srg. 9 fen. X. Niedzielski 2 Tal. X. Gabryelski (2 R. a. w.) 28. sgr. X. Z. 3 Tal. X. Bykowski 2 Tal. X. Binek z Lubonia składka tamtejszéj okolicy 5 Tal. X. Dalski z Obornik składka kościelna 4 Tal. X. Kukliński z Głuchowa składka tamtejszych parafian 5 Tal. Z Mieściska 2 Tal. X. Tafelski z Pawłowic 3 Tal. X. Westfal z Górzyc 10 Tal. — Razem 1485 Tal. 12 srg. 9 fen.

Dla zakonów w Marchiach. — Ostatnia summa 124 Tal. 16 srg. 6 fen. — XX. (4 dukaty) 12 Tal. 20 srg. X. Z. 1 Tal. Z Mieściska 1 Tal. — Razem 139 Tal. 6 srg. 6 fen.

Dla Katolików w Syryi. — Ostatnia summa 112 Tal. 9 sgr. 6 fen. — X. Z. 2 Tal. X. Załęski w Staniątkach od pewnego kapłana w Galicyi (4 Dukaty austryackie) 12 Tal. Z Mieściska 1 Tal. Konferencya w Bukówcu 2 Tal. Konferencya w Rakoniewicach 1 Tal. 25. — Razem 131 Tal. 4 sgr 6 fen.

Na Kościół w Paryżu. — Ostatnia summa 89 Tal. 2 sgr. X. Z. 1 Tal. Z Mieściska 1 Tal. — Razem 91 Tal. 2 sgr.

Na Sieroty Górnoszląskie. — Ostatnia summa 11 Tal. — X. Z. 1 Tal. X. Powałowski składka od gminy Iłowieckiéj 1 Tal. 8 f. Z Mieściska 1 Tal. X. Tafelski z Pawłowic 1 Tal. — Razem 15 Tal. 8 fen.

Na Kosciół św. Trójcy XX. Dominikanów w Krakowie. — Ostatnia summa 8 Tal. X. Z. 1 Tal. Z Mieściska 2 Tal. — Razem 11 Tal.

Na ółtarz św. Wojciecha w kościele Karlińskim w Pradze. Ostatnia summa 33 Tal. 17 srg. — P. Niegolewski 1 Tal. P. Łącki 1 Tal. X. Karwowski 1 Tal. P. Chrzanowski 1 Tal. X. Hebanowski 1 Tal. P. Gromadziński 15 srg. P. Szubert 15 srg. P. Pawłowski 15 srg. P. Skalski 10 srg. P. Molinek 10 srg. X. Z. 1 Tal. Z Mieściska 1 Tal. X. Tafelski z Pawłowic 1 Tal. — Razem 43 Tal. 22 sgr.

Na legat dla ś. p. X. Andr. Kidaszewskiego. Ostatnia summa 151 Tal. 10 sgr. — X. Łukaszewicz z Zerkowa 3 Tal. X. Deliński z Gniezna 3 Tal. — Razem 157 Tal. 10 sgr.

Na Święto-Pietrze. — X. H. (40 R. w. a.) 18 Tal. 20 sgr. Ubodzy z Królestwa Kongresowego (200 Złp.) 33 Tal. 10 sgr. Z Mieściska 1 Tal. — Razem 53 Tal.

Dalsze składki odbiera chętnie
Redakcya.

Właściciel i wydawca odpowiedzialny X. Prusinowski w Grodzisku. — Czcionkami Drukarni Tygodnika Katolickiego w Grodzisku.